



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

HISTORIAE EC||CLESIASTICAE PARS || PRIMA, QVA CONTI-||NENTVR ||  
Eusebij cognomento Pamphili Cæsareæ Palæ-||stinæ Episcopi lib. 10.||  
Eiusdem de vita Constantini magni lib. 4.|| Oratio Constantini magni ad  
sanctoru[m] cœtu[m].|| Oratio eiusdem Eusebij in laudem Constanti-||ni  
magni ad trigesimum ...

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Philippo Gortynensis paraeciae Episcopo, & de Modesto & Irenaeo  
Historiographis. Cap. XXIIII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29861**

religionis elementa & quasi seminaria cōpleteſtentes, Autolyco dedicauit. Aliud item opusculum edidit, cuius inscriptio est, contra Hermogenis hæresim: in quo testi- monijs sumptis ex Apocalypsi Ioannis vtitur. Alij sunt eius libri qui ad primam Christiani in fide institutionē ſpectant. Cum verò hæretici tanquam Zizania, etiam id temporis non minus quam antea syncera apostolicæ do- cērinæ ſemina hominū mentibus mandata labefactare ni- terentur, eccliarum ubiq; pastores, illos tanquam imma- nes quasdam & agrestes belluas à Christi ouibus arcere, & à præda depellere laborant, interdum fratres admo- nendo cohortandoque non raro ipsos hæreticos, aperto marte adoriendo, & coram absque ſcripto, tum differen- do cum illis, tum eorum errores refutando, nonnunquā quibusdam commentarijs, quos diligenter ſcriperant, opinions ab illis inuectas accuratissimè coarguendo. Theophilum autem cum alijs nonnullis contra eos viri- liter dimicasse ex libello quodam ſumma industria ab eo cōtra Marcionem elaborato, (qui quidem cum alijs eius libris quos diximus, eft ad hoc vſq; tempus reſeruatus) ſatis perspicuum eft. Huic Theophilo Maximinus, qui epifcopus ecclesiæ Antiochenæ ſeptimus ab Apostolis erat, ſuccedebit.

*De Philippo Gortynensis paræcia Epifcopo, & de  
Modesto & Irenæo Historiographis.*

CAP. XXIII.

Philippus porro quem Dionysij ſtimonijs Ecclesiæ Gortynensis Epifcopum fuile cognouimus, longe accuratissimum opus contra Marcionem con- texuit. Idem ab Irenæo factitatum eft. Modestus quo- que egregie præter cæteros viri illius errorem expiſca- tus, omnium oculis subiecit ad contemplandum. Alij item complures scriptores extiterunt, quorum lucubra- tiones adhuc in permultorum fratrum manibus inte- grè eufodiuntur.